195

Phillipps MS
2665

Italian Hand
Lives of XII Caesars
Suetonius

Suetonius.

De Vita de duodecim Cesarum: idest

Caiuz Julu Cesarez:	fo.	1.
Octauianuz auguſtuz.	fo.	20.
Tiberiuz. — —	fo.	47.
Gaiuz Caliculam.	fo.	65.
Claudium. —	fo.	80.
Neronem. —	fo.	93.
Galba sergium. —	fo.	108.
Othonem. —	fo.	114.
Vitellium — —	fo.	117.
Veſpasianu flauiu	fo.	122.
Titum. —	fo.	128.
Domitianum.	fo.	131.

D. P.

CAII SVETONII TRANQVILLI DE [illegible]IT[illegible] XII CAESARVM

D. IVLIVS CAES.

NNVM [illegible] agens Cæſar XVI pa-
trem [illegible]iſit ſequentibusq; Coſſ fla-
mendialis deſtinatus, dimiſſa Coſſu-
[illegible], quæ familia equeſtri, ſed ad mo-
[illegible] dives prætext[illegible] deſponſata fu-
[illegible] Corneliam Cinnæ IIII COS fi-
liam duxit uxorem: ex qua illi mox
Iulia nata eſt: neq; ut repudiaret il-
lam, compelli a dictatore Sylla ullo
modo potuit. Quare et ſacerdotio, et uxoris dote, et [illegible] hæ-
reditatibus multatum diverſarum partium [illegible]
[illegible] e medio, et quanquam morbo quartan[illegible] pro-
pe per ſingulas noctes commutare latebras [illegible] ab
inquiſitoribus pecunia redimere: donec per virgines veſtales,
perq; Mamercum Aemilium, et Aurelium Cottam propinquos
et affines ſuos veniam impetravit. Satis conſtat, Syllam, cum
deprecantibus amiciſſimis, et ornatiſſimis viris aliquandiu
denegaſſet, atq; illi pertinaciter contenderent: expugnatum
tandem proclamaſſe ſive divinitus, ſive aliqua coniectura,
vincerent, ac ſibi haberent: dummodo ſcirent, eum, quem
incolumem tantopere cuperent: quandoque optimatium
partibus, quas ſecum ſimul defendiſſent: exitio futurum.
Nam Cæſari multos Marios ineſſe.

Stipendia prima in Aſia fecit Marci Thermi præt contu-
bernio, a quo ad accerſendam claſſem in Bithyniam miſſus,

deſedit apud Nicomedem non ſine rumore proſtratæ Regi pudicitiæ quem rumorem auxit intra paucos rurſus dies repetita Bithynia per cauſam exigendæ pecuniæ, quæ deberetur cuidam libertino clienti ſuo. Reliqua militia ſecundiore fama fuit: et a Thermo in expugnatione Mitilenarum corona civica donatus eſt. Meruit et ſub Servilio Iſaurico in Cilicia, ſed brevi tempore. Nam Syllæ morte comperta ſimul ſpe novæ diſſenſionis, quæ per Marcum Lepidum movebatur Romam propere rediit. et Lepidi quidem ſocietate, quanquam magnis conditionibus invitaretur, abſtinuit tum ingenio eius diffiſus, tum occaſione, quam minorem opinione offenderat. Cæterum compoſita ſeditione civili, Cornelium Dolabellam conſularem, et triumphalem reum repetundarum poſtulavit: abſolutoque, Rhodum ſecedere ſtatuit et ad declinandam invidiam et ut per otium ac requiem Apollonio Moloni clariſſimo tunc dicendi magiſtro operam daret. Huc dum hybernis iam menſibus traiicit: circa Pharmacuſam Inſulam a prædonibus captus eſt. manſitq. apud eos non ſine ſumma indignatione prope XL dies, cum uno medico, et cubiculariis duobus. Nam comites ſervosq. cæteros in initio ſtatim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur dimiſerat. Numeratis deinde L. talentis, expoſitus in litore, non diſtulit, quin e veſtigio claſſe deducta, perſequeretur abeuntes, ac redactos in poteſtatem ſupplicio, quod ſæpe illis minatus inter iocum fuerat: afficeret. Vaſtante regiones proximas Mithridate, ne deſidere in diſcrimine ſociorum videretur: a Rhodo, quo pertenderat tranſiit in Aſiam: auxiliisq. contractis, et præfecto regis provincia expulſo nutantes, ac dubias civitates retinuit in fide.

Tribunatu militum, qui primus Romam reverſo per ſuffragia populi honor obtigit: auctores reſtituendæ tribu-

bunitiæ poteſtatis, cuius uim Sylla diminuerat: enixiſ-
ſime iuuit. Lucio etiam Cinnæ uxoris fratri, et qui cum eo
ciuili diſcordia Lepidum ſecuti poſt necem Cos ad Serto-
rium confugerant: reditum in ciuitatem rogatione Plo-
tia confecit, habuitq; et ipſe ſuper ea re concionem.
Quæſtor Iuliam amitam, uxoremque Corneliam defun-
ctas laudauit e more pro roſtris. Sed in amitæ quidem
laudatione, de eius, ac patris ſui utraque origine ſic refert.
Amitæ meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum,
paternum cum diis immortalibus coniunctum eſt. Nam
ab Anco Martio ſunt Martii reges: quo nomine fuit mater
a Venere Iulii, cuius gentis familia eſt noſtra. Eſt ergo in ge-
nere et ſanctitas regum, qui plurimum inter homines
pollent: et cærimonia deorum, quorum ipſi in poteſtate
ſunt reges. In Corneliæ autem locum Pompeiam duxit Q.
Pompeii filiam L. Syllæ neptem. Cum qua deinde divor-
tium fecit, adulteratam opinatus a P. Clodio, quem inter pu-
blicas cærimonias penetraſſe ad eam muliebri veſte tam
conſtans fama erat ut Senatus quæſtionem de pollutis ſa-
cris decreverit. Quæſtori ulterior Hiſpania obvenit, ubi
cum mandato Reip. iure dicendo circumiret conuentus: Ga-
desq; uenisset: animaduerſa apud Herculis templum ma-
gni Alexandri imagine, ingemuit; et quaſi pertæſus igna-
uiam ſuam, quod nihil dum a ſe memorabile actum eſſet
in ætate, qua iam Alexander orbem terrarum ſubegiſſet:
miſſionem continuo efflagitauit ad captandas quam-
primum majorum rerum occaſiones in urbe. Etiam confuſũ
eum ſomnio proximæ noctis (nam viſus erat per quietem
matri ſtuprum intuliſſe) coniectores ad ampliſſimam ſpem
incitaverunt: arbitrium orbis terrarum portendi interpretan-
tes, quando mater, quam ſubiectam ſibi uidiſſet: non alia eſ-
ſet, quam terra, quæ omnium parens habeatur. Recedens-

ergo ante tempus colonias latinas de petenda civitate agitantes adiit, et ad audendum aliquid concitaſſet, niſi COSS. conſcriptas in Ciliciam legiones pauliſper ob id ipſum retinuiſſent: nec eo ſecius maiora mox in urbe molitus eſt. Siquidem ante paucos dies q. ædilitatem iniret: uenit in ſuſpicionem conſpiraſſe cum M. Craſſo conſulari, item P. Sylla et L. Antronio, poſt deſignationem conſulatus ambitus condemnatis, ut principio anni Senatum adorirentur: et trucidatis quos placitum eſſet, dictaturam Craſſus inuaderet: ipſe ab eo magiſter equitum diceretur, conſtitutaque ad arbitrium Rep. Syllæ et Antronio conſulatus reſtitueretur. Meminerunt huius coniurationis Tanuſius Geminus in hiſtoria, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in orationibus. De hac ſignificare uidetur et Cicero in quadam ad Atticum epiſtola, referens Cæſarem in conſulatu confirmaſſe regnum, de quo ædilis cogitarat. Tanuſius adiicit, Craſſum pœnitentia, vel metu diem cædi deſtinatum non obiiſſe: et iccirco ne Cæſarem quidem ſignum, quod ab eo dari convenerat: dediſſe. Conueniſſe autem Curio ait, ut togam de humero deiiceret. Idem Curio, ſed et M. Actorius Naſo authores ſunt, conſpiraſſe eum etiam cum Cn. Piſone adoleſcente, cui ob ſuſpicionem urbanæ coniurationis provincia Hiſpania ultro extra ordinem data ſit: pactumq. ut ſimul foris ille, ipſe Romæ ad res novas conſurgerent, per Lambranos, et Tranſpadanos, deſtitutum utriuſq. conſilium morte Piſonis.

Aedilis præter comitium, ac forum, baſilicasq., etiam capitolium ornavit porticibus ad tempus extructis. In quibus abundante rerum copia pars apparatus exponeretur. Venationes autem, ludosq., et cum collega, et ſeparatim edidit. Quo factum eſt ut communium quoque impenſarum ſolus gratiam caperet. Nec diſſimularet collega eius Marcus Bibulus eveniſſe ſibi, quod Polluci. Ut enim geminis fratribus ædes in foro conſtituta tantum Caſtoris uocaretur; ita ſuam, Cæſarisq. munificentiam unius Cæſaris dici. Adiecit inſuper Cæſar etiam gladiatorium munus, ſed ali-

aliquanto paucioribus q̃ deſtinaverat, paribus. Nam, cum
multiplici undique familia comparata inimicos exterruiſſet:
cautum eſt de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam
habere Romæ liceret. Conciliato populi fauore, tentauit per par-
tem Tribunorum, ut ſibi Aegyptus provincia plebiſcito dare-
tur, nactus extraordinarii Imperii occaſionem, quod Alexandri-
ni regem ſuum, ſociumq, atq amicum a Senatu appellatum expu-
lerant: resq. improbabatur. nec obtinuit, adverſante optimatium
factione, quorum authoritatem, ut quibus poſſet modis invicem
diminueret: Trophæa C Marii de Iugurtha, deq; Cimbris, atque
Theutonis olim a Sylla diſiecta reſtituit, atq; in exercenda de
ſicariis quæſtione, eos quoq. ſicariorum numero habuit: qui pro
ſcriptione ob relata Ciuium Romanorum capita pecunias ex
ærario acceperant: q̃q. exceptos Corneliis legibus. Subornavit
etiam, qui C Rabirio perduellionis diem diceret: quo præcipuo
adiutore aliquot ante annos Lucii Saturnini ſeditioſum tri-
bunatum Senatus coercuerat, ac ſorte judex in reum ductus, tã
cupide condemnauit, ut ad populum prouocanti nihil æquè, ac
judicis acerbitas profuerit. Depoſita prouinciæ ſpe, Pont. Max.
petiit, non ſine profuſiſſima largitione. In qua reputans magni-
tudinem æris alieni, cum mane ad comitia deſcenderet: prædixiſſe
matri oſculanti fertur, domum niſi ſe Pontificem non reuerſu-
rum; atq. ita potentiſſimos duos competitores, multumq; et ęta-
te, et dignitate antecedentes ſuperauit. ut plura ipſe in eorum
tribubus ſuffragia, q̃ uterq; in omnibus tulerit. Prætor crea-
tus, detecta coniuratione Catilinæ, Senatuq; uniuerſo in ſo-
cios facinoris ultimam ſtatuente pænam ſolus municipatim
diuidendos, cuſtodiendosq. publicatis bonis cenſuit. Quin,
et tantum metum iniecit aſperiora ſuadentibus identidem
oſtentans, q̃ta eos in poſterum a plebe Ro. maneret inuidia,
ut Decimum Syllanum COS. deſignatum non piguerit ſenten-
tiam ſuam, quia mutare turpe erat, interpretatione leuire, ue-

lut grauius· atq; ipſe ſenſiſſet exceptam· obtinuiſſetq; adeo trās-
ductis ad ſe iam pluribus, et in his Ciceronis conſulis fratre: niſi -
labantem ordinem confirmaſſet M· Catonis oratio· Ac ne ſic
quidem impedire rem deſtitit, quoadusq; manus equitum· Ro-
quæ armata præſidii cauſa circumſtabat: immoderatius p-
ſeueranti necem comminata eſt: et iam ſtrictos gladios uſq;
eo intentans, ut ſedentem unā proximi deſeruerint: uix pa-
uci complexu, togaq; obiecta protexerint· Tunc plane deter-
ritus, non modo ceſſit, ſed in reliquum anni tempus curia abſtinu-
it· Primo præturæ die Q· Catulum de refectione capitolii ad di-
ſquiſitionem populi vocauit rogatione promulgata; qua curatio-
nē eā in aliū transferebat· Verū impar optimatiū conſpirationi,
quos relicto ſtati honorū COSS· officio frequentes, obſtinatosq; ad
reſiſtendum concurriſſe cernebat: hanc quidē actionē depoſuit·
Cæterum Cæcilio Metello Trib· pleb· turbulentiſſimas leges
aduerſus collegarum interceſſionem ferenti, authorem, pro-
pugnatoremq; ſe pertinaciſſime præſtitit: donec ambo admi-
niſtratione Reip· decreto patrum ſummouerentur· At nihilo-
minus permanere in magiſtratu, et ius dicere auſus, ut comperit
paratos, qui ui ac per arma prohiberent: dimiſſis lictoribus, abi-
ectaq; prætexta, domum clam refugit pro conditione temporū quie-
turus: Multitudinē quoq; biduo poſt ſponte, et ultro confluentem
operamq; ſibi in aſſerenda dignitate tumultuoſius pollicentē cō-
peſcuit· Quod cū præter opinionē eueniſſet: Senatus ob eundē cœ-
tum feſtinato coactus, gratias ei per primores viros egit: acceitumq;
in curiā, et ampliſſimis verbis collaudatū in integrū reſtituit, inducto
priore decreto· Recidit rurſus in diſcrimen aliud inter ſocios Catili-
næ nominatus, et apud Nouium Nigrum quæſtorem a Lucio Vectio in-
dice, et in Senatu a Q· Curio, cui, quod primus conſilia coniuratorū de-
texerat: conſtituta erant publice præmia· Curius e Catilina ſe
cognouiſſe dicebat· Vectius etiam chirographū eius Catilinæ
datum pollicebatur· Id uero Cæſar nullo modo tolerandum

exiſtimans cum implorato Ciceronis teſtimonio quedam
ſe de coniuratione ultro ad eum detuliſſe docuiſſet ne Cu-
rio premia darentur effecit nectuum pignoribus captis.
et directa ſuppellectile male mulctatum ac pro roſtris in
contione pene diſcerptum coniecit in carcerem Eodem No-
nium queſtorem eoq; compellari apud ſe maiorem poteſ-
tatem paſſus eſſet. Ex pretura ulteriorem ſortitus Hiſpa-
niam retinentes creditores interuentu ſponſorum remo-
uit. Ac neq; more neq; iure anteq̃ prouintie ordinarent᷑
profectus eſt incertum metu ne iudicij qui priuato pa-
batur an quo maturius socijs implorantibus ſubueiret.
pacataq; prouintia pari feſtinatione non expectato ſucceſſo-
re ad triumphum ſimul conſulatumq; deceſſit. Sed cum e-
dictis iam comitijs ratio eius haberi non poſſit niſi priua-
tus introiſſet urbem et ambienti ut legibus ſolueretur.
multi contradicerent coactus eſt triumphum ne ↄſulatu
excluderetur dimittere. C duobus conſulatus competito-
ribus Lucio Lucteo Marcoq; bibulo Lucteium ſibi aduīx-
it pactus ut is qui inferior gratia eſſet pecunia q; polle-
ret numos de ſuo cōmuni nomine per centurias pronū-
tiaret. Qua cognita re optinates quoſ metus ceperat ni-
hil non auſurum eum in ſummo magiſtratum concordi
et conſentiente collega autores bibulo fuerunt tantū-
dem pollicendi ac pleriq; pecunias contulerunt ne catone
quidem abnuente eam largitionem ere publico fieri. Igitur
cum bibulo conſul creatur eandem ob cauſam opera ab op-
timatibus data eſt. ut prouintie futuris conſulibus minimi
negotij id eſt ſilue colleſq; decernerentur. Qua maxime in-
iuria inſtinctus omnibus offitijs. Gn. Pompeiū aſſectatus ē.
offenſum patribus quod mitridate rege uicto cunctacius
confirmarentur acta ſua Pompeioq; Marcum Craſſum recō-
ciliauit ueterem inimicum ex conſulatu quem ſumma diſ-

cordia simul gesserant ac societatem cum utroq; iniit. ne qd
ageretur in re pu. quod displicuisset ulli e tribus inito honore
primus omnium instituit. ut tam Senatus q̃ populi diurna
acta conficerentur et publicarentur. Antiquum etiam retulit
morem. ut quo mense fasces non haberet accensus funis añ
eum iret littores pone sequerentur. Lege autem Agraria promul-
gata obnuntiantem collegam armis foro expulit ac postero
die in Senatu conquestum nec quoq̃ reperto qui super tali cō-
sternatione referre aut censere aliquid auderet qualia multa
sepe in leuioribus culpis decreta erant in eam coegit desperatio-
nem ut quo ad potestatem obiret domo abditus nihil aliud
q̃ per edicta obnuntiaret. Vnus ex eo tempore omnia in re pu.
ad arbitrium administrauit. ut nonnulli urbanorum cum quid
per locum testandi gratia significarent. non Cesare non bibulo.
sed Iulio et Cesare consulibus actum scriberent. bis eundem
proponentes nomine atq; cognomine. utq; vulgo mox ferre-
tur hi uersus. Non bibulo quiddam nuper sed cesare factū est
Nam bibulo fieri consule nil memini. Campum stellatū ma-
ioribus consecratum. agrumq; campanum ad subsidia rei pu
uectigalem relictum diuisit extra sortem. ac uiginti mili-
bus ciuium quibus terni pluresue liberi essent publicanos
remissionem petentes tertia mercedum parte releuauit. ac
ne in locatione nouorum uectigalium immoderatius lucra-
rentur propalam monuit. Cetera item que cuiq; libuisset
dilargitus est contradicente nullo ac si conaretur qs abs
territo Marcum Cathonem interpellantem extrahi curia
per littorem duciq; in carcerem iussit. L. Lucullo liberius
resistenti tantum calumniarum metum iniecit. ut ad ge-
nua ultro sibi accederet. Cicerone in iudicio quodam deplo-
rante temporum statum Publium Clodium inimicū eius.
frustra iam pridem a pluribus ad plebem transire nitentem
eodem die hora nona transduxit. Postremo in vniuersos

a patribus.

diuerſe factionis inductum premijs ut ſe de inferenda Pom-
peio nece ſollicitatum a quibuſdam profiteretur productuſq;
pro roſtris autoreſ ex compacto nominaret· ſed uno atq; al
tero fruſtra nec ſine ſuſpitione fraudis nominatis deſperatā
tam precipitis conſilij euentum intercepiſſe ueneno indicem
creditur· Sub idem tempus calphurniam· L· Piſonis filiam
ſucceſſuri ſibi in conſulatu duxit uxorem filiamq; Iuliam
Gn· Pompeio collocauit repudiato priore ſponſo ſeruilio ce-
pione cuius uel precipua opera paulo ante bibulum impug-
nauerat· ac poſt nouam affinitatem Pompeium primum ro
gare ſententiam cepit cum Craſſum ſoleret eſſetq; ꝯſuetu
do· ut quem ordinem interrogandi ſententias conſul· kl·
Ianuarijs inſtituiſſet cum toto anno conſeruaret· Socero
ergo generoq; ſuffragantibus ex omni prouintiarū copia
Gallias potiſſimum elegit cuius emolumento et oportuni-
tate idonea ſit materia triumphorum· Et initio quidē Gal
liam cis-alpinam Ilirico adiecto lege uatinia accepit mox
per Senatum comatamq; ueritis patribus· ne ſi ipſi negaſſet
populus et hanc daret· quo gaudio elatus non temperauit·
quin paucoſ poſt dies frequenti curia iactaret inuitis et ge-
mentibus auerſarijs adeptum ſe que concupiſſet proinde ex-
eo inſultaturum omnium capitibuſ ac negante quodam ꝑ
contumeliam facile hoc ulli femine fore reſpondit quaſi allu-
dens in Aſſyria quoq; regnaſſe ſemiranē magnamq; Aſie par-
tem Amazonas tenuiſſe quondam· functus conſulatu· C·
Memmio Lutioq; Domitio pretoribus de ſuperioris anni actiſ
referentibus cognitionem Senatui detulit· nec illo ſuſcipien-
te triduoq; per irritas altercationes abſumpto abijt in pro-
uintiam · et ſtatim queſtor eius in preiudicium aliquot cri-
minibus arreptus eſt· Mox et ipſe a Lutio Antiſtio te· pl· poſtu-
latus appellato demum collegio optinuit cum rei pu· cauſa
abeſſet· reus ne fieret· Ad ſecuritatem ergo poſteri temporiſ in

magno negotio habuit obligare ſemper annuos magr̄atus
et e petitoribus non alios adiuuare aut ad honorem pati p-
uenire q̄ qui ſibi recepiſſent propugnaturos abſentiam ſuā
cuius pacti non dubitauit a quibuſdam iuſiurandū atq;
etiam ſyngrabam exigere· Sed cum Lutius Domitius cō-
ſulatu candidatus palam minaretur conſulem ſe effectu-
rum quod pretor nequiuiſſet ademptur umq; ei exercituſ
Craſſum Pompeiumq; in urbem prouintie ſue Lucā extrac-
toſ compulit ut detrudendi Domitij cauſa conſulatū alte-
rum peterent· et ut in quinquennium ſibi imperium pro-
rogarent· Qua fidutia ad legioneſ quas a re pu· accepat
alias priuato ſumptu addidit unam etiam ex tranſalpi-
niſ conſcriptam uocabuloquoq; Gallico alauda enim ap-
pellabatur· Quam diſciplina cultuq; Romano inſtitutam
et ornatam poſtea uniuerſam ciuit^te donauit· Nec dein-
de ulla belli occaſione iniuſti quidem ac periculoſi abſti-
nuit tam infederatis q̄ infeſtis ac feris gentibus ultro
laceſſitis adeo ut Senatus quoſdam legatoſ ad explorā-
dum ſtatum Galliarum mittendoſ decreuit· ac nonulli
dedendum eum hoſtibus cenſuerint· Sed proſpere dece-
dentibus rebus· et ſepius et plurimum q̄ quiſq̄ unq̄ die-
rum ſupplicationeſ impetrauit· Geſſit autem nouē annis
quibuſ in imperio fuit· hec fere omnem Galliam que a ſal-
tu Pyreneo alpibuſq; et monte Gebenna fluminibus Rheno
et Rhodano continetur· pateq; circuitu ad bis et tricies
centūmilia paſſuum preter ſociaſ ac bene meritas ciuita-
teſ in prouintie formam redegit· eiq; in ſingulos annoſ ſti-
pendij nomen impoſuit· Germanos qui tranſrhenum ī-
colunt primus Romanorum ponte fabricato aggreſſus max
imis affecit cladibus· Aggreſſus eſt et Britanoſ ignotos
anēa ſuperatiſq; pecunias et obſides imperauit· Per tot
ſucceſſus ter nec amplius auerſum caſum expertuſ in Bri-

tānia claſſe ui tempeſtatis prope aſſumpta· et in Gallia ad
Gergouiam legione fuſa et in Germanorꝫ finibus titurio
et aurūculeio legatis per inſidias ceſis· Eodem tempori
ſpatio matrem primo deinde filiam nec multo poſt neptem
amiſit· Interimq; conſternata Publij clodij cede re pu· cum
Senatus unum conſulem nominatimq; Gn· Pompeium fie-
ri cenſuiſſet egit cum tribunis plebis collegam ſe Pompeio
deſtinantibus id potius ad populum ferrent ut abſenti ſibi·
et quando imperij tempus expleri cepiſſet· petitio ſecundi
conſulatus daretur· et ne ea cauſa maturius et imperfc̄o
adhuc bello decederet· Quod ut adeptus eſt altiora iam me-
ditans et ſpei plenus nullum largitionis aut offitiorum in
quenq̄ genus publice priuatimq; omiſit de manubijs incho-
auit cuius area ſuper ſextertium mileſ conſtitit· Munus
populo epulumq; pronuntiauit in filie memoriam quod
ante eum nemo Quorꝫ ut q̄ maxime expectatio eſſet ea
que ad epulum pertinerent· q̄uis macellarijs oblocata etiā
domeſticatim apparebat· Gladiatoreſ notos ſicubi infeſtis
ſpectatoribus dimicarent ui rapiendos reſeruandoſq; mā-
dabat· Tironeſ neq; in ludo neq; per laniſtas· ſed in domibꝯ
per equites Romanos· atq; etiam per Senatores armorum
peritos erudiebat precibus enitens quod eplís eius oſten-
ditur· ut diſciplinam ſingulorum ſuſciperent· ipſiq; dictata
exercentibus darent legionibus ſtipendium inperpetuū
duplicauit· frumentum quotiens copia eſſet etiam ſine
modo menſuraq; prebuit· Ac ſingula interdum mancipia
et prandia uiritim dedit· Ad retinendam autem Pompei
neceſſitudinem ac uoluntatem Octauiam ſororis ſue nep-
tem que C Marcello nupta erat conditione ei detulit· ſibi
q; filiam eius in matrimoniū petijt Fauſto Sylle deſtinatā
omnibus uero circa eum atq; etiam parte magna Senatus
gratuito aut leui fenore obſtrictis ex reliquo quoq; ordinū

genere uel inuitatoſ uel ſponte ad ſe cōmeantes vberrimo congiario perſequebatur· libertos inſuper ſeruuloſq; cuiuſq; prout domino patrono ue gratus quis eſſet tum reorum aut oberratorum aut prodige iuuentutiſ ſubſidium vnicum ac promptiſſimum erat· niſi quos grauior criminum uel inopie luxurie ue uis urgeret· q̄ ut ſubueniri poſſet a ſe his plane palam bello ciuili opus eſſe dicebat· Nec minore ſtudio regeſ atq; prouintias per terrarum orbem alliciebat· aliis captiuorum milia dono offerens aliis citra Senatus populiq; auctoritatem quo uellent et quotiens uellent auxilia ſubmittens· Superq; Italie Galliarumq; et Hiſpaniarum Aſie quoq; et Grecie potentiſſimas vrbes precipuis operibus exornans· donec attonitiſ iā omnibus et quorſum illa tenderent reputantibuſ Marcus Claudius Marcelluſ conſul edicto prefatus de ſumma ſe repu· acturum retulit ad ſenatum ut ei ſuccederetur ante tēpus quoniam q̄ bello confecto pax eſſet ac dimitti deberet uictor exercitus· et ne abſentis ratio comitiis haberetur quando nec plebiſcito pompeius poſtea abrogaſſet· Acciderat autem ut is legem de iure magiſtratuum ferens eo capite quo a petitione honorum abſentes ſubmouebat· ne Ceſarem quidem exciperet per obliuionem· ac mox lege iam in es inciſa et in erarium condita corrigeret errorem· Nec contentuſ Marcellus prouintias ceſari et priuilegium eripere retulit etiam ut colonis quos rogatione uatinia nouum comum deduxiſſet ciuitas adimeretur que per ambitionem et ultra preſcriptum data eſſet· Cōmotus his Ceſar ac iudicans quod ſepe ex eo auditum fere difficilius ſe principem ciuitatis a primo ordine in ſecundum q̄ ex ſecundo in nouiſſimum detrudi ſumma ope reſtitit partim per interceſſores tribunoſ partim per Seruium Sulpitium alterum conſulem· In ſequenti quoq; anno C Marcello qui fratri patrueli ſuo Marco in conſulatu ſucceſſerat eadem temptante collegam eius Emilium Paulum C quoq; Curionem uiolentiſſimū tribunorum

ingenti mercede defensores parauit· Sed cum obstinacius omnia agi uideret et destinatos etiam consules e parte diuersa Senatum bonis deprecatus est· ne sibi beneficium populi adimeretur· aut ut ceteriq; imperatores ab exercitibus discederent· confisus ut putant facilius se simul atq; libuisset veteranos conuocaturum q̄ Pompeium nouos milites· Cum aduersarijs autem pepigit ut dimissis octo legionibus transalpinaq; Gallia due sibi legiones et cisalpina prouintia uel etiam vna legio cum illirico concederetur quo ad cōsul fieret· Verum neq; Senatu interueniente et aduersarijs negantibus ullam se de re pu· facturos pactionem· trāsit in citeriorem Galliam· conuentibusq; peractis Rauenne substitit bello vindicaturus si quid de tribunis plebis intercedentibus pro se grauius a senatu constitutum esset· Et pretextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit causas autē alias fuisse opinantur· Gn· Pompeius ita dictitabat· Qd' neq; opera consumare que instituerat· neq; populi expectationem quam de aduentu suo fecerat priuatis opibus explere posset· turbare omnia et permiscere uoluisse· Alij timuisse dicunt ne eorum que primo consulatu aduersus auspicia legesq; et intercessiones gessisset rationem reddere cogeretur· Cum M· Cato identidem nec sine iureiurando denuntiaret delaturum se nomen eius simul ac primum exercitum dimisisset· Cumq; uulgo fore predicarent ut si priuatus redisset Milonis exemplo circumpositis armis causam apud iudices diceret· Quod probabilius facit Asinius Pollio pharsalica acie cesos profugatosq; aduersarios prospicientem hoc eum aduerbum dixisse referens hoc uoluerunt tantis rebus gestis· C· cesar condemnatus essem· nisi ab exercitu auxilium petissem· Quidam putant captum imperij consuetudine pensatisq; suis et inimicorum uiribus usum occasione rapiende dominationis quam etate prima concupisset· Qd' existi-

maſſe uidebatur· Et Cicero ſcribens de offitijs libro tertio ſp Ceſarem in ore habuiſſe· Eſt autem in phemiſſis εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδικεῖν· τἆλλα δ᾽ εὐσεβεῖν χρεών: Euripidis uerſus quoſ ipſe ſic conuertit· Nā ſi uiolandum eſt ius regni gratia uiolandum eſt alijs rebus pietatem colas· Cum ergo ſublatam tribunorum interceſſionem ipſoſq; urbe ceſſiſſe nuntiatum eſt premiſſis confeſtī clam cohortibus ne qua ſuſpitio moueretur et ſpectaculo publico per diſſimulationem interfuit et formam qua ludum gladiatorium erat edificaturus conſiderauit· & ex cōſuetudine conuiuio ſe frequens dedit· Dein poſt ſolis occaſum mulis e proximo piſtrino ad uehiculum iunctis occultiſſimum iter modico comitatu ingreſſus eſt· Et cum luminibus extinctis deceſſiſſet uia diu errabunduſ tandē ad lucem duce comperto per anguſtiſſimos tramites pedibus euaſit conſecutuſq; cohortes ad Rubiconem flumen qui prouintie eius finis erat paulum reſtitit ac reputanſ quantum moliretur· conuerſus ad proximoſ etiam nūc inquit regredi poſſumus q̄ ſi ponticulum tranſierimus oīa armis agenda erunt cunctanti oſtentum tale factum eſt. Quidam eximia magnitudine et forma in proximo ſedēs repente apparuit harundine canens ad quem audiendū preter paſtores cum plurimi etiam ex ſtationibus militeſ concurriſſent inter eos et eneatoreſ rapta ab uno tuba p̄ſiluit ad flumen· & ingenti ſpiritu claſſicum exorſus pertendit ad alteram ripam· Tunc Ceſar eatᵘʳ inquit quo deorꝫ oſtenta et inimicorum iniquitas uocat iacta eſt alea inquit Itaq; ita traiecto exercitu adhibitis tribunis plebis qui pulſi ſuperuenerant pro contione fidem militum flens ac ueſte a pectore diſciſſam inuocauit· Eſtimatur etiam equeſtreſ cenſus pollicitus ſingulis· Quod accidit opinione falſa· nam cum in alloquendo adhortandoq; ſepius digitum leue ma-

nus oſtentans affirmaret ſe ad ſatiſfaciendum omnibus per
quos dignitatem ſuam defenſurus eſſet· annulum quoq; eq̊
animo detracturum ſibi· extrema contio cui facilius erat
uidere contionantem q̃ audire pro dicto acceperit· que
uiſu ſuſpicabatur promiſſumq; ius annulorum cum milib9
quadragenis fama diſtulit· Ordo ac ſumma rerum quas
deinceps geſſit ſic ſe habent Picenum umbriam Etturiam
occupauit· & Lutio Domitio qui per tumultum ſucceſſoR
ei nominatus Corfiniū preſidio tenebat in deditionem re-
dacto atq; dimiſſo ſecundum ſuperum mare Brunduſium
tetendit· quo conſules Pompeiuſq; confugerant q̃ primum
tranſfretaturi Has fruſtra per omnes moras exitu prohi-
bere conatus Romam iter conuertit· Appellatiſq; de re pu· pa-
tribuſ ualidiſſimas Pompei copias que ſub tribus legatis
M· Petreio et L· Affranio et M· Varrone in Hiſpania erant
inuaſit profeſſus ante inter ſuos ire ſe ad exercitum ſine
duce et reuerſurum ad ducem ſine exercitu· Et q̃q̃ obſidi-
one Maſſilie que ſibi in itinere portas clauſerat ſummaq;
frumentarie rei penuria retardante breui tamen omnia
ſubegit· Hinc urbe repetita in Macedoniam tranſgreſſus
Pompeium per quatuor pene menſes maximos obſeſſum
operibus ad extremum Pharſalico prelio fudit· & fugien-
tem Alexandriam perſecutus ut occiſum deprehendit cū
Ptolomeo rege a quo ſibiq; tendi inſidias uidebat· bellū
ſane difficillimum geſſit· neq; loco neq; tempore equo· ſed
hieme anni et inter menia copioſiſſimi et ſollertiſſimi hoſ-
tis inops ipſe omnium rerum atq; imparatus regnū Egip-
ti uictor Cleopatre fratriq; eius minori promiſit ueritus
prouintiam facere ne quandoq; uiolentiorem preſidem nac-
ta nouarum rerum materia eſſet· Ab Alexandria in Syriam
et inde Pontium tranſijt urgentibus de Farnace nuntijs
quem Mitridatis magni filium hac tunc occaſione tempoꝝ

bellantem iamque multiplici successu preferocem intra quintum quem affuerat diem quatuor quibus in conspectum uenit horis una profligauit acie. Crebro commemorans Pompei felicitatem cui precipua militie laus de tam inbelli genere hostium contigisset. Dehinc Scipionem ac Iubam reliquias partium in Affrica refouentes deuicit Pompei liberos in Hispania omnibus ciuilibus bellis nullam cladem nisi per legatos suos passus est. Quorum C. Curio in Affrica periit. C. Antonius in Illirico in aduersariorum deuenit potestatem P. Dolobella classem in eodem Illirico Gn. Domitius Caluinus in Ponto exercitum amiserunt. Item prosperrime semper ac ne ancipiti quidem umquam fortuna preterquam ipse bis dimicauit. Semel ad Dirachium ubi pulsus non instante Pompeio negauit eum uincere scire. Iterum in Hispania ultimo prelio cum desperatis rebus etiam de constistenda nece cogitauit. Confectis bellis quinquies triumphauit post deuictum Scipionem quater eodem mense sed interiectis diebus. et rursus semel post superatos Pompei liberos. Primum et excellentissimum triumphum egit Gallicum. sequentem Alexandrinum. deinde Ponticum. hinc proximum Affricanum. nouissimum Hispaniensem. diuerso quemque apparatu et instrumento. Galli triumphi die uelabrum preteruehens pene curru excussus est axe diffracto. Ascenditque Capitolium ad lumina quadraginta elephantis dextera atque sinistra Lychinos gestantibus. Pontico triumpho inter pompe fercula trium uerborum pretulit titulum ueni. uidi. uici non acta belli significantem sicut ceteris. sed celeriter confecti notam. Veteranis legionibus prede nomine in pedites singulos superbina sextertia que initio ciuilis tumultus numerauerat in equites Romanos uicena quaterna milia nummum dedit. Assignauit et agros. sed non continuos ne quis possessorum expelleretur. populo preter frumenti denos modios ac totidem olei libras trecenosque nummos quos pollicitus olim erat

uiritim dimiſit · et hoc amplius centenos pro mora annuaꝫ
etiam habitationem Rome uſq; ad bina milia nummũ · In Ita-
lia nõ ultra quingenos ſextertios remiſit · Adiecit epulũ ad
uſq; ſaturationem · et poſt Hiſpanienſem uictoriam duo prã-
dia · Nam cum prius parce neq; pro liberalitate ſua prebitũ
iudicaret quinto poſt die aliud largiſſimum dedit · edidit
ſpectacula uarij generis · munus gladiatorium ludos etiam
regionatim urbe tota et quidem per omnium linguarum hiſ-
triones · Item circenſes · athletas · naumachiam munere in foro
depugnauit Furius Leptinus ſtirpe pretoria et Q · Calpenus se-
nator quondam actorq; cauſarum Pirritam ſaltauere Aſie Bithi-
nieq; principum liberi ludus decimus Laberius equeſ Romanuſ
mimum ſuum egit · donatuſq; eſt quingentis ſextertijs et an-
nulo aureo seſſum per quatuordecim ſcena per areſcheſtram
tranſijt circenſibus ſpatio circi ab utraq; parte producto et ni-
girum euripo addito quadrigas bigaſq; et equos deſulturios
agitauerunt nobiliſſimi iuueneſ Troiam luxit turma duplex
maiorum minorumq; puerorum uenationeſ edite per dieſ qnq;
ac nouiſſime pugna diuiſa in duas acies quingenis peditibus
elephantis uicenis tricenis equitibus hinc et inde commiſſis ·
Nam quo laxius dimicaretur ſublate mete inq; earum locum
bina caſtra ex aduerſo conſtituta erant Athlete ſtadio ad tẽpus
extructo in regione Martij campi certauerunt per triduũ · Na-
uali prelio in morem Coclee defoſſo lacu Biremes ac triremes
quadriremeſq; Tyrie et Egiptie claſſis magno pugnatorum nu-
mero conflixerunt Ad que omnia ſpectacula tantum vndiq;
confluxit hominum ut pleriq; aduene aut inter uicos aut in-
ter uias tabernaculis poſitis manerent · Ac ſepe pre turba eliſi ex-
animatiq; ſunt plurimi et in his duo Senatores · Conuerſus hinc
ad ordinandum rei pũr ſtatum faſtos correxit iam pridem ui-
tio pontificum per intercalcandi licentiam adeo turbatos ut
neq; meſſium ferie eſtati neq; uindemiarum autumpno ꝯpeterẽt

Annumq; ad cursum solis accomodauit ut trecentorũ sexagi-
ta quinq; dierum esset et intercalario mense sublato unus
dies quarto quoq; anno intercaleretur. Quo autem magis
in posterum ex kł. Ianuarijs nobis temporum ratio congru-
eret inter nouembrem ac decembrem mensem interiecit
duos alios. Fuitq; is annus quo hec constituebantur quĩ-
decim mensium cum intercalario qui ex consuetudine ĩ
eum annum inciderat. Senatum suppleuit. patritios elegit
pretorum edilium questorꝝ minorum etiam magistra-
tuum munerum ampliauit. nudatos opere censorio aut
sententia iudicum de ambitu condemnatos restituit. Co-
mitia cum populo partitus est. ut exceptis consulatus cõ-
petitoribus de cetero numero candidatorum pro parte
dimidia quos populus uellet pronuntiarentur pro p̄te
dimidia quos ipse dedisset. Et edebat per libellos ortuꝫ
tribum missos scriptura breui cesar dictator illi tribui cõ-
mendo uobis illum & illum. ut uestro suffragio suã dig-
nitatem teneant. Admisit ad honores etiam proscripto-
rum liberos iudicia ad duo genera iudicum redegit e-
questris ordinis ac senatorij tribunos erarios qui erat
tertium sustulit. Recensum populi nec more nec loco so-
lito sed uicãti per dominos insularum egit. atq; ex ui-
ginti trecentisq; milibus accipientium frumentum e
publico ad centumquinquaginta milia retraxit. ac ne
qui noui cetus recensionis causa moueri qñq; possent
instituit quot annis in dimortuorum locum ex his qui
recensiti non essent subsortitio a pretore fieret. Octogĩ-
ta autem ciuium milibus in transmarinas colonias dis-
tributis. ut exhauste quoq; urbis frequentia suppeteret sax-
it ne quis ciuis maior annis uiginti minor ue decem qui
sacramento non teneretur plus triennio continuo Italia
abesset neue quis senatoris filius nisi contubernalis aut

comeſ magiſtratus peregre proficiſceretur · ne ue hi qui pe-
cuariam facerēt minus tertia parte puberum ingenuorꝝ
inter paſtores haberent · omneſq; medicinam profeſſos et
liberalium artium doctores quo libentius et ipſi urbem
incolerent ut ceteri appeterent ciuitᵗᵉ donauit de pecūijs
mutuis diſiecta nouarum tabularum expectatione que
crebro mouebatur decreuit tandem ut debitoreſ creditori-
bus ſatiſfacerent per eſtimationem poſſeſſionum quanti
quaſq; ante ciuile bellum comparaſſent deducta ſumma
eris alieni ſi quid uſure nomine numeratum aut perſcriptū
fuiſſet · Qua conditione quarta pars fere crediti depibat
cuncta collegia preter antiquitus conſtituta diſtraxit · pe-
nas facinorum auxit · Et cum locupletes eo facilius ſcelere
ſe obligarent quod integris patrimonijs exulabant parri-
cidas ut Cicero ſcribit bonis omnibus reliquos dimidia
parte mulctauit · Ius laborioſiſſime ac ſeueriſſime dixit ·
Repetendarum conuictos etiam ordine Senatoris mo-
uit · diremit nuptias pretorij uiri qui digreſſam a marito
poſt biduum ſtatim duxerat · q̄uis ſine probri ſuſpitione
peregrinarum mertium portoria inſtituit lectitarum u-
ſum · Item conchiliate ueſtis et margaritarum niſi certis
perſonis et etatibus per que certos dies ademit · legem
precipue ſumptuariam exercuit diſpoſitis circa macellū
cuſtodibus qui obſonia contra uetitum retinerent depor-
tarentq; ad ſe ſubmiſſis nonnunq̄ littoribus ac militibꝰ
qui ſi qua cuſtodes fefelliſſent iam appoſita e triclinio au-
ferrent · Nam de ordinanda inſtruendaq; urbe · item de tu-
endo ampliando quoq; imperio plura ac maiora in dies
deſtinabat in primis Martis templum q̄tum nuſq̄ eſſet
extruere repleto et complanato lacu in quo naumachie
ſpectaculum ediderat · theatrumq; ſumme magnitudiniſ
Tarpeio monti accubans ius ciuile ad certum modum re-

digere · atq; ex immensa diffusaq; legum copia optima queq;
et necessaria in paucissimos conferre libros · Bibliothecas gre-
cas latinasq; quas maximas posset publicare · data M · Varro-
ni cura comparandarum et dirigendarum · siccare pontinas
paludes · emittere fucinum lacum · uiam munire a mari su-
pero per Apennini dorsum ad Tyberim usq; perfodere Isthi-
mum · dacos qui in pontum et Traciam effuderant coercere
mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem nec
nisi ante expertos aggredi prelio · Talia agentem atq; me-
ditantem mors preuenit · de qua priusq̃ dicam ea que ad
formam et habitum et cultum et mores nec minus que ad
ciuilia et bellica eius studia pertineant non alienum erit
summatim exponere · Fuisse traditur excelsa statura · colore
candido · teretibus mẽbris · ore paulo pleniore · nigris uegetis-
q; oculis · ualitudine prospera · nisi q͞ tempore extremo re-
pente animo linqui atq; etiam per somnum exterreri sole-
bat · Comitiali quoq; morbo bis inter res agendas correptus
est · Circa corporis curam morosior ut non solum tonderet̃.
sed uelleretur etiam ut quidam exprobrauerunt · Caluitii
uero deformitatem iniquissime ferre sepe obtrectatorum
iocis obnoxiam expertus · Ideoq; et deficientem capillum
reuocare a uertice assueuerat · et ex omnibus decretis si-
bi a Senatu populoq; honoribus non aliud aut recepit aut
usurpauit libentius · q̃uis lauree corone perpetuo gestan-
de etiam cultu notabilem ferre · Usum enim lato clauo ad
manus fimbriato nec ut unq̃ aliter q̃ super eum cingere-
tur · Et quidem fluxiori cinctura · unde emanasse Sille dic-
tum optimaces sepius admonentis ut male precinctum pu-
erum cauerent · Habitauit primo in subura modicis edibus ·
post autem pontificatum maximum in uia sacra domo pub-
lica · Munditiarum lauticiarumq; studiosissimum multi prodi-
derunt · uillam in nemorensi a fundamento inchoatam mag-

teribant benedictio domini
ſuper vos. Benediximus vo
bis in nomine domini. Ps.
Domine non eſt exalta
tum cor meum neqȝ e
lati ſunt oculi mei.
Neqȝ ambulaui in magnis
neqȝ in mirabilibȝ ſuper me.
Si non humiliter ſenciebã
ſed exaltaui animam meã.
Sicut ablactatus eſt ſuper
matre ſua ita retribucio in
anima mea.
Speret iſrael in domino
ex hoc nunc et uſqȝ in ſeclm̃.
Gloria patri. Ant. Cum iocũ
ditate memoriam beate marie
celebremus ut ipſa pro nobis in
tercedat. ad dominum ieſum xpm. Capitulum
Sicut cinnamomum et
balſamum aromati
zans odorem dedi quaſi myr
ra electa dedi ſuauitatem

dorie deo gratias. Ympn9

Uirgo ſingularis int
omnes mitis nos cul
pis ſolutos mites fac et ca
Uitam preſta puram ſtos.
iter para tutum ut videntes
ieſum ſemper colletemur.
Sit laus deo patri ſummo
chriſto decus ſpiritui ſancto
tribus honor unus. Amen.
Ve. Ecce ancilla domini. Reſp.
Fiat michi ſecundum verbum
tuum. Ant. Ecce completa. Ps.
Nunc dimittis ſeruum
tuum domine ſecun
dum verbum tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei
ſalutare tuum.
Quod paraſti ante faciem
omnium populorum
Lumen ad revelacionem
gentium et gloriam plebis
tue iſrael.

LIFE OF CAESAR [SUETONIUS] FRAGMENT XV. CENT. MS.